

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Qvintae Partis Iohan. Eckii In Lvtherum Et Alios. Tomvs ...

Homiliarum de Sanctis. Homiliae V. de speranda uictoria ex Turca, ad
Reuerendissimum Cardinalem Tridentinum, additae

**Eck, Johannes
Luther, Martin**

[Augsburg], 1534

VD16 E 392

In illo tempore [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-62128](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-62128)



Euangelium in die san-
cti Michaelis, & Angelorum
omnium, Matth. XVIII.



In illo tempo-
re: Accesserunt disci-
puli ad Iesum dicen-
tes: Quis putas maior
est in regno coelorum?

Et aduocans Iesus paruulum, statuit
eum in medio eorum & dixit: Amen
dico uobis, nisi conuerſi fueritis, & ef-
ficiamini sicut paruuli, non intrabi-
tis in regnum coelorum. Quicumq;
ergo humiliauerit se sicut paruulus
iste, hic est maior in regno coelorum.
Et qui suscepit unum paruulum ta-
lem in nomine meo, me suscipit.

Qui autem scandalizauerit unum
de pusillis istis, qui in me credunt, ex-
pedit ei ut suspendatur mola asina-
ria in collo eius, & demergatur in
profundū maris. Væ mundo a scan-
dalis, necesse est enim ut ueniant scan-
dala, uerū tamen uæ homini illi per

quem scandalum uenit. Si autem ma-
nus tua, uel pes tu^s scandalizat te, ab-
scinde ea, & projice abs te, Bonum
tibi est ad uitam ingredi debilem uel
claudum, q̄p̄ duas manus, uel duos
pedes habentem mitti in ignem eter-
num. Et si oculus tuus scandalizat
te, erue eum, & projice abs te, Bonū
tibi est unū oculum habentem in ui-
tam intrare, q̄p̄ duos oculos habens
tem mitti in gehennam ignis. Videte
ne contemnatis unum ex ijs pusillis.
Dico enim uobis, quia angeli eorum
in coelis semper uident faciem patris
mei, qui est in coelis. Venit enim fi-
lius hominis saluare quod perierat.

Quid uobis uidetur, Si fuerint alicui
centum oues, & errauerit una ex eis,
nonne relinquet nonaginta nouem
in montibus, & uadit querere eam,
quæ errauit. Et si contigerit ut inue-
niat eā, Amen dico uobis, quia gau-
det super eam magis q̄p̄ super nona-
ginta nouem, quæ non errauerunt.
Sic non est uoluntas ante patrem ue-
strū, qui in coelis est, ut pereat unus
de pusillis istis.

Homilia prima.

In uangelij huius sicut & totius ca-
pituli scopus est scandali euita-
tio, neq; enim uel alijs offensam
dare uel ipsi offendi debemus, & q̄ praeca-
uere maxime oportet tenere aetatis offensi-
onem, deinde quomodo scandalizantes
puniri oporteat. Quumq; dominus offensi-
sam prohibet paruulorum, causam insi-
nuat, eo q̄ angeli illorum semper uident
faciem patris coelestis, atq; ob istud epi-
phonema Euangelio hoc hodie utitur Ec-
clesia. Nos principio de scandalo dicamus
quod nunc in mundo plurimum est, dein-
de de angelis, & tamen priusq̄ aliquid de
scandalo dicere incipiamus, libet ipsum

Mat. 8

Luce. 9

Luce. 15

Mat. 9

Luce. 9

Mat. 9

Luce. 17